

DAGOBERTI REGIS 151

dum (h) inserere studuit. Ordinatisque rite omnibus, quæ ad regni honorem pertinebant, omnes cum gaudio ad propria remeare concessit. Illud vero testamentum, quod in thesauro suo reponi iusserat, usque hodie in archiuo ecclesiæ beatorum Christi martyrum Dionysii ac sociorum eius venerabiliter custoditur.

(h) Branaudum ] *in Brigeio. Aimoinus enim lib. IV c. XXX postquam aliqua dixisset de donationibus Dagoberti, addit: deinde subiungitur: donamus igitur ad Basilicam sancti Vincentii Parisiis, ubi sepulturam, quandoquidem Deus iusserit, habere disponimus, donatumque in perpetuum esse decreuimus, villam cognominatam Cumbis in agro Parisiaco: quam Vrsa filia Alderici tenuit. Pari modo ad Basilicam sancti Petri apostoli Parrhisiis, ubi sancta Genouefa requiescit in corpore, villam Drauernum in Brigeio. Ad Basilicam vero diui Dionysii item Parrhisiis, ubi cum sociis suis requiescit, villam Brannatem in Brigeio. Ad Basilicam dominæ sanctæ Columbæ, & domini sancti Lupi Senonis, villam Granden campum in Gaustinensi. Brieius autem pagus a saltu eiusdem nominis adpellationem traxit la Brie.*

K 4

CAPVT